



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

4. De devotione accidentalı seu-sensibili. Thema. Unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. Psal. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)

*lis Undie,* indefinenter imploremus, ut  
oleo veræ devotionis nos perungat;  
Hæc ejus uncio vulnera nostra sanabit;  
dum languorem ad bonum, ac pronitatem  
ad malum corrigit: deinde in starum  
olei olivarum facilitatem operandi,  
alacritatemque in omnibus ad Dei  
obsequium spectantibus exemplo Fi-

liorum Israël ac Vatis Coronati concer-  
det. Denique juxta Christi Domini vi-  
rorumque plurimorum apostolicorum  
prototypon, ad ardua proimpè aggredi-  
enda confortabit; & non modo de-  
votionem, sed etiam religionis & chari-  
tatis virtutem, magnis incrementis  
amplificabit.



## EXHORTATIO IV.

### DE DEVOTI ONE ACCIDENTALI SEU SENSIBILI.

T H E M A.

*Unxit te Deus, Deus tuus, oleo letitia.*  
Psalm, 44.

Vel ex Regula.



Uemadmodum  
Reges, & Princi-  
pes hujus æculi  
subditos, & mili-  
ties in letitia, at-  
que alacritate si-  
bi servire: &  
parentes filios in  
hilaritate, & jucunditate degere cu-  
piunt; ita pariter, & multò magis  
Deus Princeps noster benignissimus, &

Pater amantissimus famulos, &  
lios suos latos & alacres esse deli-  
rat. Hoc autem inter cetera per-  
devotionem accidentalem, seu furi-  
tem, ac consolationes spirituales effi-  
cit; quæ devotionem veram, ac soli-  
dam, nulloque modo ab aliqua dulci-  
dine dependentem, consequitur; & tri-  
veræ, & substantialis devotionis obli-  
cula, ac impedimenta aut tollit, aut ful-  
tem minuit. Primum Impedimentum

vix

vera devotionis, & promptitudinis ad Dei obsequium est carnis fragilitas labore fugiens, & ad quietem anhe-  
lans: de qua Christus in horto ad dormi-  
entes Apostolos: *Spiritus quidem promptus  
est; caro autem infirma.* Matth. 20. 41.  
Secundum impedimentum est *Sensua-  
litas*, seu appetitus sensibilium voluntati  
contradicens, quae carnis & seculi sunt,  
concupiscentes, & timorem virtutis,  
ac rerum spiritualium repugnantiam  
inducens: de quo Sanctus Paulus ait:  
*Cedidicis Legi Dei secundum interiorem  
luminem; video autem aliam Legem  
in membris meis, repugnantem Legi  
spiritus meus.* Rom. 7. 22. Terrium eit  
nequitatibus vita; quæ nos ad curam  
corporis, sanitatem, & alia, sine quibus  
non subsistit, perpetuò advocat, quod  
permittet, quod Sanctus Paulus dixit:  
*Nemo unquam carnem suam odio habuit;  
sed nutrit, & sovet eam.* Ephes. 5. 29.  
Deus autem Pater optimus, per consola-  
tiones spirituales, cor intimè penetrante,  
& suavitatem demulcentes, carnis  
imbecillitatem erigit, sensualitatem  
comprimit, & immoderatan hujus vita-  
curam rejicit, & animam in quâdam  
admirandâ serenitate, ac tranquillitate  
constituit.

De hac devotione sensibili tanquam  
oleo dulcediis in presenti exhortatione  
agimus, & fragilitatis, sensualitatis,  
& necessitatis remedium nobis adferre  
demonstrabimus.

1. Suavitas spiritualis, quam Deus  
puris mentibus elargitur, magni sanè  
estimanda: nam 1. est suavissimum  
& præstantissimum contra infirmi-

tatem, & fragilitatem carnis nostræ  
labores fugientis, & quietem amantis  
remedium: Hæc enim non solum  
velut oleum Athletas; verum etiam,  
ut vinum liberalius haustum milites,  
aut assulsum in mœnia paratueros,  
aut in hostilem aciem impetum facturos  
animat, excitat, & corroborat.  
Hæc dulcissima suavitas, quia res sancta,  
& sanctitatis effectrix est, oleo sancto,  
quo Sacerdotes inunguntur, & Sacra-  
menta perficiuntur, merito assimilatur.  
Et iis, quæ de oleo hoc sancto scribit  
D. Cyprianus (de cardinalibus operibus  
Christi: titulo de unctione Christiatis)  
olei devotionis vis, & proprietates  
bene explicantur.

1. *Hoc oleo, inquit,*  
(scilicet sacramentali, & sacerdotali)  
*uncti, cum spiritualibus nequitatis luctantibus,*  
*nec factoris suis imbi possumus,*  
*qui balsami spiritualis odore fragramus.*
2. *Hoc oleum à creditorum usus*  
sub Eliseo Prophetâ mulierem liberavit.
3. *Hoc oleum Elia tempore Saepantanam*  
pavit, nec lecythus trina effusione defecit.
4. *Hoc oleo Jacob lapidem, quem supposuerat*  
capiti, unxit; & familiari mandato eruditus  
inter Sacraenta ascensionum & descen-  
sionum, & Discursus Angelos, innixum  
scala sublimi videns Deum, quid virtutis  
hæc haberet unicó, intellexit.
5. *Samuel*  
quoque ad Reges initandos finit oleo  
non accedit. Hæc tenus S. Cyprianus.  
Eadem autem, quæ illi Unctioni sanctæ  
tribuit, perquam aptè suavitatis,  
& consolationis oleo applicantur,  
vim enim infirmitati nostræ medendi,  
non obscurè insinuant. Nam

1. *Caro nostra ad luctandum*

Fff 3 cum

cum Dæmonibus infirma est ; at consolationis spiritualis oleo peruncta . Dæmonum impulsi generosè retundit ; nec spiritus peccatorum , & temptationum fœtoribus imbuitur . 2. Caro nostra ad compunctionem , & opera penitentia , quibus noxarum debita expungamus , debilis est ; at hoc oleo Spiritus perfusa , pœnis spontaneis libens atteritur , mens compungitur , & in lacrymas ubertim solvitur , quibus peccatorum debita deleamus . 3. Caro nostra ad resistendum inolitis virtutis , & passionibus languida est ; at una cum Spiritu , pane hoc oleato pasta , & pinguedine spirituali saginata , & confortata fortiter dimicat , ac de virtutis suis , cupiditatibusque triumphum reportat . 4. Caro nostra fragilis est , mente virtutum sciam ascendere paranti , non raro contumaciter reluctatur : at hoc oleo dulcedinis tincta animatur , ac roboratur , ut tam alacriter per vitam contemplativæ actiones ad DEUM , per virtutum gradus ascendet , quam per vitam activæ opera ad proximum descendat . 5. Caro nostra sæpe rebellis est . & ægre Spiritui subjicitur : at suavissimi Spiritus solitatis delinita , sponte se ejus gubernaculo subdit , & ille tanquam Rex inunctus facili negotio , carnis imperat , eamque suis quo liber habenis inficit , ac dirigit .

Hanc infirmitatis carnis nostræ medelam , hanc olei devotionis roborans di vim , clare exprimit Doctor Mellifluus Sermon. i. de Dedicatione , ubi ceremonias consecrationis templorum ,

in nobis tanquam templis DEI vita impleri afferit : De unctione tempus quām perfect Episcopus , sic ait : Necessitas , ut unctionis spiritualis grata adjuvet infirmitatem nostram ; observantiam & multimoda penitentia crucis , derelinca sua gratia liniens : quia nec sine cruce sequi Christum , nec sine unctione crucis afferitatem ferre quis posset . Hinc quod multi abominantur , & fugient penitentiam , crucem quidem vident , sed non etiam unctionem . Vos qui expertis , ecce scitis , quia vere crux nostra unita est , & per gratiam Spiritus ad patens , suavis , & delectabilis est penitentia nostra , & ut ita dicam amaritudine nostra dulcisima .

Expertus has Spiritus delicias Sanctus Franciscus Xaverius , & ministris inter arumnas gravissimas , & labores plurimos , maximisque in India casinem fragilem ita roborari sentie ; ut pra abundantia gaudiorum exclameret : Satu est Dominus , sati est ! Aut minus gaudia , aut tolle me de hac via nec enim cor mortale tanta gaudia cipere potest : At vero , quid hoc oculo confortatus suspirabat & anhebat ? Nil nisi labores , sudores & adversitates : unde exclamabat : Amplius ! amplius !

O igitur præclarum infirmitatis carnis nostra remedium ! O suave debilitatem nostram roborans alexipharmacum ! quod amarum effici dulce , & grave , omnino leve reddit ! et Propheta Regius ait : Psalm. 22.5. Impinguasti in oleo caput meum : Scilicet oleo dulcedinis spiritualis , ut ex-

ponit Cardinalis Bellarminus in hunc locum: & mox sensi vim confortati-  
vam, dum ait: *Et calix meus inebrians,*  
*quam praelarus est?* Calix adverstatis  
muli vini inlar dulcis, & gratus est,  
meique tant<sup>a</sup> dulcedine inebriat; ut  
difficultatem non sentiam, nec ullas  
adverstites astinem, aut pertimes-  
cam.

Hoc oleum, & manna gustabat

II. Deinde consolations spiritua-  
les remedium praebent sensualitatis no-  
stra, que semper sibi grata, jucunda,  
amena, & sapida seatur; ab his ut  
Divina Bonitas mentes abstrahat dul-  
cedine Spiritum intimè penetrantem,  
hominem suo obsequio dedicatos, de-  
linit, & velut oleo impinguat: qua  
suavitatis ab anima in ipsum corpus non  
tarò derivatur. Adumbratur hoc,  
oleo illo, quod Moy<sup>s</sup> super caput  
Aaronis, Psalm. 131. 2. Tant<sup>a</sup> a-  
bundantia fudit, ut usque in barbam  
equa descendere, & super oram vesti-  
menti manaret; Sic enim devotio illa  
suavissima nullo modo in capite Aaro-  
nis, hoc est in mente hominis se conti-  
nec; sed ad oram vestimenti, ad cor-  
pus scilicet, carnemque descendit; ita  
ut cum Davide dicat: *Cor meum & ca-  
to me exaltaverunt in Deum vivum,*  
Psalm. 83. Tantaque est suavitatis, ut  
quamdiudat, hominem quasi felici-  
tati statu innocentia relituat; &  
mentem ab omnibus mundi deliciis &  
voluptatibus, quia cum ea comparari  
nequeant, potenter avellet.

Hanc devotionis suavitatem exper-  
tus, Vates Regius exclamabat: *Quam  
magna multitudo dulcedinis tuae, Domine,*

quam abscondisti timentibus te? Psalm.  
30. Magna sed abscondita, isque tan-  
tum cognita, qui DEUM timent.  
Hæc dulcedo ita abstraxit Prophetam  
ab omnibus mundi voluptatibus, ac  
humanis solatiis, ut dixerit: *Renuit  
consolari anima mea. Memor fui Dei, &  
delectatus sum.* Psalm. 76. 3.

Abbas Joannes, de quo Cassianus coll.

19. Eum tanta perfundi solitum inte-  
riori dulcedine, ut ne id quidem recor-  
daretur, an pridie comedisset. Ecce  
quomodo hoc manna spirituale om-  
nem sensualitatem extinguit! Sanctus  
Ephrem quoque idem manna degusta-  
vit: qui, cum ejus præcordia celesti  
laetitia penè rumperentur, ex-  
clamabat: *Recede à me Domine  
parumper, quoniam rasis hujus infirmi-  
tas ferre non potest.* Sanctus quoque Ber-  
nardus iisdem gaudiis ita absorbebar-  
tur, ut toto die lacum obequitans,  
numquam eum viderit, & toto anno in  
una cella degens, adhuc ignoraret, an  
ea rectum haberet; qui proinde Epist.

114. Revere, inquit, illud verum & so-  
lum gaudium est, quod non de creatura,  
sed de creatore percipitur, & quod cum  
percederis, nemo tolleret te, cui comparata  
omnis aliunde jucunditas moror est, omnis  
suavitatis dolor est, omne dulce amarum,  
omne decorum fadum, omne postremo,  
quodunque aiud delectare posset, mole-  
stum. Ecce quam suaviter & efficaciter  
hæc Spiritus dulcedo cunctis medetur  
sensualitatis nostra blanditiis!

Atque hæc videtur causa esse, cur Divi-  
na Bonitas eam quandoq; infundat virtus  
religiosa

religiose Tironibus, & viam spiritus incipientibus; ut eos scilicet à voluptatibus mundi, à delicia sensuum, & carnis abstrahat. Et ut S. Bonaventura scribit in proefs. 3. Relig. ad finem: Ut Novitiis videant, quād largè DEUS remuneret sibi servientes, & quād bonum sit servire tam dulci Deo: Item ad confirmationem Fidei illorum, ad robur Spes, ad Charitatis accensionem, ad desiderii inflammationem, & ad eruditionem; ut videant quomodo sit pergendum; non secundum atque in tenebris lumen ostenditur, ut videoatur, quād si eundem, & à quibus cavendum.

Ita Doctor Seraphicus. Est proinde hæc suavitatis lac infantibus, & solidus cibus adultis: quoniam omnes hæc interna suavitate pascuntur, & pro statuum varietate succrescant.

Hanc igitur suavitatem & consolacionem spiritualem, Carissimi ardenter vobis deudare, & humiliter à Deo postulare licebit, non propter se, non propter gustum, & delectationem veltram; sed ut illa, quasi instrumento ad omne bonum provehamini: eā tanquam sacharo allecti, orationem non aridam, & tepidam, sed pinguem & ferventem D E O offeratis: eā tanquam lacte ab uberibus mundi, & carnis abstrahamini; eāque inescati omnia sensuum irritamenta nauferitis, ac despiciatis; sensualitati verò ingrata, & aspera promptè, alacritèque amore Dei amplectamini.

III. Denique hoc dulcissimum devotionis oleum. Remedium præber nimia sollicitudinis, pro corpore, & ejus sanitate, & cura anxie de rebus temporalibus,

aut futuris: Devotio enim mente serenat, & pacificat, & dum gaudet, ac solatio etiam in carnem redundante eam pascit, omnes cogitationes, & lensus colligit, & in Deo, omnis dulcedinis fonte, defigit; atque ita homo interior, & exterior conjungitur, & per gratiam Dei è pervenienti, ut simile valde uniti, & concordes ambulem in Domo Domini, de rebus aliis minimè solliciti; sed parati cum exultatione magnâ, ad omne, quod D E U S præcipit: Inebriabuntur ab ubertate domus tue; & torrente voluptatis p. tabernac. Psalm. 35. Torrentem vocat ob copiam dulcedinis; ebrietatem autem, qua dum uterque homo his solat, tamnatur, quasi à vita mundi, & à seipso alienati, nihil in terra vident, ne curant; sed intus fervent spiritualia, qui fervor ad multa impellit, quæ mundanis inepta, ac iuventa videntur. Ita S. Franciscus Seraphicus hoc ab aliis quasi ebrius, & omnium oblatus, se mundi ludibrium fecit, quia non aliud in corde, & core habebat, quam Deus meus & omnia!

Deinde cor & animum sic ab omnibus abstractum impellit, ad orationem attentam, & devotam, ac Deo placetem instar musicæ, ex multis concordibus vocibus concinnatæ; cum enim corpus, appetitus, phantalia & sensus sint participes preciosissimi unguenti devotionis, & latitiae, in omnibus ad suavem orationis musicam conciendam se accommodant, & collaborant, ut D E U S ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, &

menem  
in gaudio,  
edundan-  
tiones, &  
annis dulci-  
ria homi-  
gitur, &  
ut fundi-  
ambalem  
ebus alii  
um exulta-  
t. DEUS  
est videntia  
p. tamen,  
ob copiam  
em, qua  
ritis ling-  
e à lepro-  
ent, ne  
rit, que  
videmus.  
s hoc ab  
oblitu,  
t, qui  
bat, quoniam  
ab omni-  
tationem  
eo placen-  
s concor-  
dium enim  
& sensu  
unguenti  
omnibus  
in con-  
collabo-  
ro corde,  
ente, &

ex omnibus viribus ametur: atque ita  
devord, & amor Dei prospicunt nobis  
de afflictib omnibus, propolis, donis,  
& muniberis; quæ Domino in ora-  
tione offeramus: omnésque alias virtu-  
tes ad suam symbolam conferendam  
invitant. Peccati virtutem advo-  
cant: ut corde contrito, & humiliato  
Deum placet. Obedientiam vocant:  
Deo pareat. Humilitatem accersunt,  
se i' submittat. Gratitudinem, &  
reliquas virtutes, ut actus suos heroicos  
exerceant: ipsam quidque Religionem  
invitante, ut Sacrificia sua offerat,  
qua David Psalm. 65. 15. medullata,  
id est, magno spiritu fervore plena  
mancipatur. Denique devotio illa suauissi-  
ma nobis suggesterit omne genus verbo-  
rum, ad colloquendum cum DEO:  
cum obrem à S. Bernardo Serm. 15.  
in Cant. Anima lingua nuncupatur:  
eoque Spiritus Sanctus utitur, ut nos  
linguis igneis loqui faciat: ideoque  
Apollonus suadet 3 ut eam comparare  
fudeamus. Ad Ephes. 5. 18. Implemini  
spiritu Sancto loquentes vobismēcīpsīs,  
in psalmis hymnis, & canticas spiritualibus,  
cantantes, & psallentes in cordibus vestris  
Divinitus gratias agentes semper pro omnibus.

O felix Anima, quam Spiritus Divi-  
sus hæc devotione replet! eadem  
cum carne concordem conjungit,  
Iesus omnes, ac potentias unit, ad simul

suaviter orandum, Deum laudandum,  
omnisque generis virtutes exercendum  
invitat & allicit! Tua sunt Domine  
hæc dona! Tuus est iste ignis, tua est  
devotio, qua linguas nostras movet,  
tua est Unitio, qua docet nos de omnibus.  
1. Joan. 2. 27.

Quapropter. Carissimi, si quis vestrum  
hæc devotione seu dulcedine, ac con-  
solationibus præditus est, Deo gratias  
agat, se eà indignum agnoscat, &  
eò fidelius Deo serviat. Qui vero  
eà caret, non tristetur, sed in voluntatem  
divinam se resignet, eamque à Domino  
flagitet; nisi Deo placeat, eà potiatur,  
non ob gustum & delectationem suam;  
sed ob Dei beneplacitum, & gloriam;  
ut hoc Oleo 1. confortetur ad omne  
malum declinandum, ad omne bonum  
alacrius perficiendum, atque per scalam  
perfectionis, usque ad apicem constan-  
tiū ascendendum. 2. Ut sensuali-  
tatem domet, dum cor, & caro  
in Deum vivum exultant; atque ita  
omnis dulcedo sensualis in amariti-  
dinem, omnis fallax gratia, & pulchri-  
tudo in fœditatem, omnis delectabile  
in molestiam convertatur 3. Denique.  
Ut mens, phantasia, appetitus, sensus,  
& omnes potentias hoc oleo delibutæ  
cum spiritu concordent, &  
Deum intimâ pietate orient,  
laudent, & glorifcent.

Ggg

EXHOR-

